



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Constans Defensio, Ex S. Scriptvra, Et Vera Catholica  
Doctrina, Atqve Observatione Vniuersalis Christianæ  
Ecclesiæ Deliberationis de Christiana Reformatione**

**Bucer, Martin**

**Genevae, 1613**

In quo consistat vnitas Ecclesiae

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34315**

*Refutatio rationum, quibus Aduersarij ab usum dimidiati Sacramenti defendere, ac probare conantur, quòd Calicem in S. Cœna non distribuere, abusus non sit, sed pia communicatio & obedientia cum & erga Catholicam Ecclesiam. Quòdque abusus ac opus schismatis sit, calicem dispensare, antequàm Catholica Ecclesia id ordinet.*  
*In quo consistit vnitas Ecclesie.*

## CAP LXXIII.



Dvtrunque thesin confirmandam hoc argumento vtuntur, Ecclesie concessum est, in eiusmodi mandatis Domini, quæ externa signa vel opera cõcernunt, ordinare ac moderari, prout lingulis tẽporib. ad edificationẽ & propagationẽ Ecclesie conducere visum fuerit. Verũ S. Cœnã Domini sub vna tantũ specie dispẽsare, donec vniuersalis aliter de eo decernat, ad adificationem ac propagationẽ Ecclesie cõducit. Vnitatẽ enim Ecclesie cõseruat, & horrendũ schisma excitaretur, si Ecclesia aliqua calicẽ quoque distribuere tẽtaret, absque vniuersali Cõcilij ordinatione. Ergo quãdiu Ecclesie alterius tantũ speciei dispensationẽ retinet, bonũ & vtilẽ vsum, nõ ab usum obseruat. Imò grauis esset & horredus abusus, si vtramque speciem distribuere tẽtaret, antequàm ab vniuersali Cõcilio id sit permissum. Huius argumenti caput ac nodus in eo cõsistit, Quid vera vnitas Ecclesie sit, quid itẽ schisma, & quid ad vtrumque conferre queat. De vnitate Ecclesie, & quib. in reb. illa cõtineatur, supra in Defensione istius articuli dictũ est. Nepe quòd vera vnitas Christiane Ecclesie cõsistat in vera deuotãque cõmunicatione sincera ac salutaris doctrinæ Euãgelij, legitimi vsus sacramentorũ, ac Christiane disciplinæ. Iã Aduersarij ipsi faciunt, Christũ Dominũ, hũc sacramenti istius vsum, nepe vt & calix distribuatur, instituisse, Ecclesieq. suæ cõmendasse: & quod ea lõgo tẽpore hũc vsum obseruauerit, quẽadmodũ adhuc nostro tẽpore Oriẽtales Ecclesie obseruat.

Quod cum ita sit, dici nullo modo potest, quod veri istius sacramenti vsus neglectus, conducat ad vnitatem & concordiam Ecclesie conseruandam: contra verò si idem in Ecclesiis collapsus restituatur, horribile schisma, ac detestandam conuulsionem corporis Christi excitatum iri. Vnitas Ecclesie vnitas Spiritus sancti est, Ephes. 4. Illa verò non patitur, tantum abest vt postulet, cõmunicationem concordiamque in errore & abusu. Cuiusmodi manifestus abusus est, sacrosanctum hoc sacramentum diuellere ac dimidiare, solũque panem, non etiam calicem Domini dispensare communicantibus.

Quamobrem omnes Ecclesie, quib. Dominus ea in re voluntatẽ suã patefecit, ac dat, vt verum legitimũque huius sacramenti vsum apud se rursus admittant, dum hoc faciunt, reuera cum Christo Domino, cum Apostolis eius, denique cũ vniuersa Ecclesia Christi se vniunt, nõ autem ab vllõ vero membro Christi seiungunt aut scindunt. Et qui pro-

pter hanc causam se ab illis separare vellet, is certè horrendum ac detestabile schisma excitaret: Quod certè nemo faciet, qui Spiritu Christi habet, estque plátatio Patris nostri cœlestis. Qui verò ex Deo plátati non sunt, propter eos nihil metuendum est, aut de obedientia Christi remittendum: quantumuis scandala accipiant, & à reliqua Ecclesia se seindant & seiungant.

Aduersarij D. Augustinum citant, contra literas Petiliani lib. 2. cap. 55. & 108. & lib. 3. cap. 40. testantem pluris valere apud Deum communionem spiritualem habere cum tota Ecclesia, quæ per vniuersum orbem diffusa est, quam cum paucis Sacramentalem. Quicumque enim membra corporis Christi per totum orbem dispersa nolunt agnoscere, quemadmodum tunc temporis Donatistæ faciebant, contra quos Augustinus in memoratis locis scribit, ij neque Christum Dominum ipsū agnoscunt. Ad eos dicturū ait Dominū, cum seiplos iactabant, dicentes, *Nos unā tecum comedimus & bibimus. Non noui vos, &c.* Hi sermones ac doctrine Christianæ sunt, quibus qui apud se locum non dat, easque re ipsa & opere non imitatur, is verus Christianus non est, nec verum membrum Christi. At quis agit cōtra eam? Certè Aduersarij, & omnes sectatores eorum, non autem qui Librum Reformationis imitantur. Nulla enim sunt membra Christi in toto orbe, quæ hi non libenter pro membris Christi agnoscant, paratque sint veram cum illis communionem Christi, concordiam & vnitatem obseruare. Aduersarij verò & eorum complices contrarium faciunt, Reiciunt enim, damnant ac persequuntur, tanquam hæreticos & schismaticos innumera membra Christi, & totas Ecclesias, idque nullam aliam ob causam, quàm quod tanquā vera membra cum capite suo Christo, & omnibus commembris se vniunt, & coniungunt, in obedientia & communicatione omnium verborum & mandatorum Christi. Quare sibi ipsis citare debuissent id quod D. Augustinus hoc in loco scribit; atque imprimis illud diligenter ponderare quod idem Pater in cap. 55 lib. 2. contra literas Petiliani, quem locum ipsi quoque adduxerunt, scriptum reliquit, *Quid est autem dementius, & facit. quàm Sacramentis Domini communicare, & verbis Domini non communicare, edo tolerat* sequitur in Augustino. *Hi utique dicturi sunt. In nomine tuo manducauimus & bibimus, & audituri, Non noui vos qui corpus eius & sanguinem in sacramento manducant & bibunt, & membra eius toto orbe diffusa in Euangelio non agnoscunt: & ideo cum eis in iudicio non computantur.* Iam vero precipit Dominus, vt & ipsi obseruemus, & alios seruare doceamus, quecūque mandauit ipse, Matth. vlt. omnesque eos pro commemoris nostris in ipso, & fratribus agnoscere, qui idem nobiscum facere studēt. Matth. 10. & 14. Io. 13. & 15. Quid autem faciunt Aduersarij? Non tantum in tam multis ac manifestis verbis Domini, atque idcirco in nullis penitus, nullam veram communionem habent, verum etiam damnant, & crudelissimè persequuntur omnes, qui eiusmodi communionem & vnitatem conseruare studēt. Iudicet ergo Christianus Lector, in quos dicta Augustini de schismaticis optime quadrent. Imitatores Libri Reformationis nulla omnino membra, multò minus Ecclesias Christi reiciunt, sed veram

Aug. de  
vniuersitate  
Ecclesie  
10. 7. pag.  
544. Ego  
ipsam Ec-  
clesiam  
requiro,  
ubi sit,  
Quæ au-  
diendo,  
verba  
Christi &  
faciendo  
adificat  
super Pe-  
tram, &  
audiendo  
& facit.  
eos, qui  
audiendo  
& non  
faciendo  
adificat  
super are-  
nam.

ram ac Christianā communione cum omnibus, qui se Christo Domino adiungunt, & tanquam vere oues vocē eius audiunt & sequuntur, libētissime obseruant. Porro vt errores & abusus contra verbū Dei introductos, & fugiant ipsi, & alij ostendant, ac palam redarguant, id ipsius Domini mandatū est. Quamobrē qui ea in re cum ipsis concordare noluerit, is neque cum Domino consentit, sed alienus ac peregrinus est, quē oues Christi non audire, sed fugere ab eo debēt. Aduersarij contendunt, Vnitatē & concordia Ecclesiae conseruare esse, Omnia ea recipere, amplexari & obseruare, quae dicti sacerdotes in cōmunem ac publicū vsū vnquā perduxerūt, & adhuc hodie perducunt, etiam si directō, & ex diametro, quod dicitur, cum verbo ac mandato Dei pugnet. Eos verò vnitatem & communionem Ecclesiae dissipare atq; cōuellere, qui vel ab vnico illorum abusu recedunt, quantūvis manifestē verbo ac p̄cepto Dei aduersetur. Caterū veris Christianis cognitū est, Quod vnitatem Ecclesiae seruare in eo positum est, vt Christiani se inuicem in Christo Domino tanquā fratres & cōmembra agnoscant, in vera & Christiana dilectione, in communicatione doctrinae, Sacramētorum, & disciplinae Christi, in Oratione, promotione vitā & conuersationis Christianae, atque omnium eorum, quae ad hoc quoquo modo conducere possunt.

Adducunt etiam Aduersarij, quod D. Augustinus contra temerarium & praesumptuosum quēdam Urbicum, hoc est, Romanum scripsit, qui propemodum omnes Ecclesias incessabat, & cōtumeliosissime vilipendebat, propterea quod in die Sabbathi non ieiunabāt: de quo tamē nullū habebat verbū Dei. Quid verò hoc ad eos attinet, qui doctrinae Libri Reformationis adhærent? Non enim pro humano figmento pugnat, sed pro expresso mādato Domini, eoque quod saniores Ecclesiae, ante millescentos annos, pro mandato Domini agnouerunt & obseruarunt, contrarium verò ad obseruandum nunquam decreuerunt.

Ad hæc non lacerant Ecclesias verbis iniuriosissimis, quēadmodum Romanus iste faciebat, quem D. Augustinus redarguit, sed mandatum Domini omnibus hominibus declarant & æquissimis, non iniuriosissimis verbis ex S. Scriptura petitis illos coarguunt, qui se illi opponunt, & reluctantur. Aduersarij verò multa millia Christianorū & Ecclesiarū condemnant, propterea quod ab ipsorū abusu recedunt, & p̄cepto Christi rursus apud se locum dant. Iam igitur pronuntietur sententia pro quibus, vel cōtra quos scripserit Augustinus.

*Quatenus Ecclesia Christi in S. Cæna ordinandi ac moderandi potestatem habeat.*

CAP. LXXIII.

**A**DVERSARIJ, quò suo abusu suco quodam patrocinari, eumque Ecclesiae adscribere commodè possint, externas quasdam ordinationes Domini introducūt, de quibus Christiana Ecclesia partim aliquid mutauit, partim penitus ex vsu & consuetudine dimisit. In quo triplicem falsitatem committunt. Prima est, (quam